

**4434** q. b. f. f. sit<sup>1</sup>, equites | deae magnae virginī | Caelesti restituērunt | templum numine ipso dictante, equites constanter eu|m templū restituerunt.

*Ain Temouchent Mauretaniae, ubi fuerunt Albulae, rep. (VIII 9796 vidit Wilmanns). — 1) Quod bonum faustum felix sit.*

**4435** Rubrius Ro|gatus Bela|litanus<sup>1</sup>, sa|cer. Cael.<sup>2</sup>, vix|it an. LXX, | hic sit. est.

*Testūr in Africa, ubi videtur fuisse Tichilla (VIII 4360 vidit Wilmanns). — 1) Belalitensis episcopus memoratur a. 411 (Gest. coll. Carthag.). — 2) Sacerdos Caelestis.*

**4436** d. m. | C. Avidio Primulo | sacerdoti Caelestis, | incomparabili | religionis eius, | C. Avidius Vitalis | patri b. m.

*Tarracone (II 4340 ad exemplum Augustini).*

**4437** d. m. | C. Vari Apolausti | principi sacerdotium (*sic*) | daeac (*sic*) Caelestis, qui vixit | annis XXVIIII, | C. Varius Achilleus | fratri karissimo et | pientissimo et incom|parabali, per quem sem|per securior vixit.

*Romae (VI 2242 vidit Henzen).*

**4438** Flaviae Epicha[ridi] | sacerdotiae | deae Virginī (*sic*) | Caelestis, | praesentissimo numini<sup>1</sup> | loci montis Tarpei, | Sextia Olympias h. f.<sup>2</sup> | et Chrestina Dorcadius h. f.<sup>2</sup>, | honorificae feminae<sup>3</sup>, | coniugi Iuni Hyle sacer., | una cum sacratas et canistrariis, | dignissimae. (*In latere*) dedicata dib. Nov. | Aemiliano et Basso cos.<sup>4</sup>

*Romae rep. sub montis Capitolini latere quod est septentriones versus (Gatti diss. acad. pontif. archaeol. ser. II 6, 1896 p. 522). — 1) Casus perturbati. — 2) Honorifica femina (ut ex sequentibus appareat legendum esse). — 3) Spectat ad Flaviam Epicharidem, et ipsam honorificam feminam (coniugem scilicet viri honesti, quod vocabulum similiter usurpatum esse ut perfectissimi et egregii notum est). — 4) A. 239.*

*Ipsi deae Caelesti in urbe Roma dedicati sunt tituli VI 77—79, ubi sane non omnino certum est intellegi deam Carthaginensem. Sine dubio Carthaginensi deae dicatus est t. supra N. 5923.*

**4439** pro salute Antonini imp. et Iulie Dome (*sic*) | po. sa. eor.<sup>1</sup> — | Saturno domino et Opi | reginae sac., templum et | aram et porticum fecerunt | L. Veturius Felix et Lucia Quieta, | feliciter.

*Prope Lambaesim (VIII 2670 cf. p. 1739 vidit Schmidt). — 1) Posuit sacerdos eorum, scilicet Saturni et Opis. Videntur haec omnia postea addita esse.*

*Titulum Opi Augustae Theveste dicatum dedi supra N. 5552.*

**4440** Saturno Achaiae Aug.<sup>1</sup> sacr. | pro sal. imp. Caes. Antonini Aug. pii p. p., | gens Bacchiana templum sua pec. fecerunt, id. dedic.; | Candidus Balsamonis fil. ex XI pr.<sup>2</sup> amplius spatium in quo templū fieret, | donavit.

*In Africa loco dicto Bu Djelida (VIII S. 42351 viderunt Cagnat et Schmidt).*